illius sicut lampas ardebit. Et uidebunt gentes iusticiā
tuā. et omš reges gloriam tuā. et uocabit te nomine nouo
quod os dñi nuncupauit. et eris corona decoris in manu dñi
& diadema regni in manu dī tui. Dixerat autē dñs atq; saluator
sps dñi super me propt quod unxit me usq; ad eum locū
ubi scriptum ē. Omnis qui dederint eos cognoscent. quia isti
sunt semē cui benedixit dñs. Postquā repromissionē respon
dit ecclesiae. gaudens gaudebo in dño. que in titulo graduum
psalmum ex persona populi penitentis l&a cantauit.
L&atus sum in his quae dictas mihi in domū dñi ibimus.
Nunc proph&e interducitur persona dicentis. Propt sion
non tacebo & propt hirlm non quiescā. Diebus inquit ac
noctibus ora non claudam. Nec mea umquā r&icebit oratio.
fessam diu clamo & precibus iungam preces. donec ueni
at qui promissus ē. & splendore suo cunctum orbem inlu
min&. Qui est iste quem querit quē uenire desiderat.
Ponit manifestius donec egrediatur ut splendor iustus ei
& saluator eius ut lampas accendatur. Siue iuxta lxx
donec exeat sicut lux in iusticia eius. & salutare illius
sicut lampas ardeat. Quae dicebat in euangelio. Ego sū
lux mundi. quae cum in sion & hirlm fuerit accensa.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 111, p. p.%20211 – Copy of Jerome's commentary on chapters 14-18 of the Book of Isaiah (http://www.e-codices.ch/en/csg/0111/p.%20211)